

o20

**O** alme et benignissime pater, respice de scruatio tuo  
intuere hanc sacratissimam hostiam quam immolo tibi  
pro peccatis nostris. et esto placabilis super multitudinem  
malicie nostre. en vox sanguis fratris nostri iesu christi cla-  
mantis de cruce ad te. **Pat** dimitte illis quia nesciunt  
aut quid faciunt. suscipe eum pro remissione peccatorum  
nostrorum. Clamat enim sanguis christi non vindictam si-  
cut sanguis abel sed misericordiam. **Post elevationem**  
**calicis adora sanguinem cum inclinatione cogitans**

**O** amabilis in omnes partes prole sanguis. miserere no-  
bis peccatoribus. amore illius caritatiue effusionis. quam  
pro nobis de beatissimis vulneribus effuxisti. Et  
hinc observa. quoad esumque discoopies calicem.

**Unde et sic. extensis manibus legitur.**

Hec extensio brachiorum crudeliter significat exten-  
sionem brachiorum christi. et totius corporis tribus ho-  
ris in cruce viventis. In medio duorum latronum.  
Isaie. ij. et cum sceleratis reputatus est. Et clavis  
manuum et pedum imitebatur totum corporis pondus.  
et sic dilacebantur et fundebantur foramina manuum  
et pedum continue. Vnde si vidisses eum tam miserabili-  
ter pendente. defecisset anima tua pro dolore.

**Unde et memores domine nos tui serui sed et** 77  
**plebs tua sancta eiusdem christi filij tui domini dei** 77  
**nostri. tam beatissime passionis. necnon et ab inferis resur-** 77  
**rectionis sed et in celos gloriose ascensionis offer-** 77  
**mus. preclare maiestati tue de tuis donis ac** 77  
**datis hostiam puram.** 77